



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

De Prophetia Amos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

DE PROPHETIA AMOS.

I. Disputatur de Amoso. II. Probatur Prophetie Amos
veniente & antiquitas.

Disputatur de Amoso.
Epiph. de vit. lisse significet, biennio ante terra motum. Thecuanum locat Pseudo-Epiphanius in terra Zabulon, sed refragantur Eusebius, Hieronymus, & Cyrillus, & ad Hierosolymorum Ebraic. Austrum sitam esse docent; nimurum in tribu Juda. Terra verò motum eum esse, qui in Amos, & De loc. Ebraic. tum contigit, cum Pontificale jus sibi arrogavit Ozias, & cuius meminit Zacharias, & censem Ebraei interpres, & assentitur Hieronymus, & verisimillimum est. Hoc si sit, jam Prophetæ hujus tempus compertum habebimus. Vaticinandi munere ad Achazum usque regem Iuda functum esse Amosum Interpretes volunt, & non abfūrde probant. Sed & diutius etiam vivere, & futura prædicere per ætatem potuit, & Osee, qui sub iisdem floruit regibus, pietatis esse & propheticorum muniorum conforts. Atque hinc exstabat ratio, cur Osea libro Librum hunc Graeci interpres adjunxerint. Nihil autem attinet ea hic iterare, quæ attulimus supra, cum Amosum Isaia patrem alium esse ac Amosum hunc Prophetam evinceremus. Crebras ei ab impio Bethelis sacerdote Amasia inflictas plagas, cum idolorum cultum summa libertate carperet, mortem denique ipsi ab Amasia filio illatam, elisis clava temporibus, narrant. *Adserunt* Epiphanius & Dorotheus.
Probatur prophetia Amos.
Epiph. & Dorothe. de vit. Proph.
Proph. & antiquit.
Amos 7. 8, & seq.
Amos 8. 1, 2.
Amos 8. 10.
1. Mach. 1. 14.
Amos 1. 1.
Joël 3. 15.
Jer. 25. 30.
Joël 3. 18.
Amos 9. 13.
Amos 9. 4.
Jer. 44. 11.
Amos 4. 9.
Agg. 1. 18.
Aa. 7. 43.
Amos 5. 25, 26.
de Amoso.
Epiph. de vit. lisse significet, biennio ante terra motum. Thecuanum locat Pseudo-Epiphanius in terra Zabulon, sed refragantur Eusebius, Hieronymus, & Cyrillus, & ad Hierosolymorum Ebraic. Austrum sitam esse docent; nimurum in tribu Juda. Terra verò motum eum esse, qui in Amos, & De loc. Ebraic. tum contigit, cum Pontificale jus sibi arrogavit Ozias, & cuius meminit Zacharias, & censem Ebraei interpres, & assentitur Hieronymus, & verisimillimum est. Hoc si sit, jam Prophetæ hujus tempus compertum habebimus. Vaticinandi munere ad Achazum usque regem Iuda functum esse Amosum Interpretes volunt, & non abfūrde probant. Sed & diutius etiam vivere, & futura prædicere per ætatem potuit, & Osee, qui sub iisdem floruit regibus, pietatis esse & propheticorum muniorum conforts. Atque hinc exstabat ratio, cur Osea libro Librum hunc Graeci interpres adjunxerint. Nihil autem attinet ea hic iterare, quæ attulimus supra, cum Amosum Isaia patrem alium esse ac Amosum hunc Prophetam evinceremus. Crebras ei ab impio Bethelis sacerdote Amasia inflictas plagas, cum idolorum cultum summa libertate carperet, mortem denique ipsi ab Amasia filio illatam, elisis clava temporibus, narrant. *Adserunt* Epiphanius & Dorotheus.
II. Cum paucum autem in suo prædictionum volumine de se ipse *ad prophetam* differit Amos, tum maxime septimo capite: *Et dixit Dominus ad me;* inquit, *Quid tu vides, Amos?* Quibus ista subiicit, quæ quomodo ad Propheticum munus à Deo vocatus fuerit, exponunt: *Misi Amasias sacerdos Bethel ad Jeroboam regem Israël: dicens, Rebellarvit contra te Amos.... Hac enim dicit Amos, In gladio morietur Jeroboam, & Israël captivus migrabit de terra sua.* Et dixit Amasias ad Amos, *Qui vides, gradare, & fuge in terram Juda, & comebe ibi panem, & prophetabis ibi, & in Bethel non adjicies ultra ut prophetes, quia sanctificatio Regis est, & domus regni est. Responditque Amos, & dixit ad Amasiam, Non sum Propheta, & non sum filius Prophete, sed armentarius ego sum, vellentes sicut omnes; & tulit me Dominus cum sequerer gregem, & dixit Dominus ad me, Vade, propheta ad populum meum Israël. Et sequenti capite: *Hac ostendit mihi Dominus Deus, Ecce uncinus pomorum.* Et dixit, *Quid tu vides, Amos?* Hac clarissima sunt universis, Hobbes Leviathan, non tamen Hobbesio, qui hac in Leviathane profari non dubitavit: *Liber Amos, prophetus ipsius est.* An tamen ab eo scriptus sit, non appetet. Pro eo quoque testimonium absque ulla ambage dicit Auctor libri Tobiae, his verbis: *Cumque occulata est corpus, manducaverit panem cum luctu & tremore, memorans illum sermonem, quem dixit Dominus per Amos Prophetam: Dies festi vestri convertentur in lamentationem & luctum.* En tibi ipsa Amosi verba: *Et convertant festivitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planitatem: quæ priore quoque Machabaico adhibita sunt: Sanctificatio ejus desolata est sicut solitudo, dies festi ejus conversi sunt in luctum, sabbatha ejus in opprobrium.* Ipsum quoque Amosi exordium reuteretur Joël & Jeremias. Sic Amosus: *Et dixit; Dominus de Sion rugiet, & de Jerusalem dabit vocem suam: sic Joël: Et Dominus de Sion rugiet, & de Jerusalem dabit vocem suam: sic Jeremias: Et dices ad illos, Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto dabit vocem suam.* Id quoque Joëlis: *Et erit in die illa, stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent laeti, & per omnes rivos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem Iordanum: ex hoc Amosi profluxit: Stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt.* Dixerat Amosus: *Ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum:* dixit Jeremias: *Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum, & dispersam omnem Judam.* Hoc Amosi dictum: *Percussi vos in vento urente, & in auragine, multitudinem hortorum vestrorum & vinearum vestrarum, oliveta vestra & ficieta vestra cededit eruca, & non redistis ad me,* dicit Dominus: *sic expressum dedit Aggeus: Percussi vos vento urente, & auragine, & grandine omnia opera manuum vestrarum, & non fuit in vobis qui reverteretur ad me,* dicit Dominus. Hac quæ à Stephano dicta sunt: *Scriptum est in libro Prophetarum: Numquid violatas & hostiles obtulisti mihi annis quadraginta in deserto, domus Israël?* Et suscepisti tabernaculum Moloch, figuræ quas fecisti adorare eas: ipsissima Amosi verba sunt.*